



R. P. CHRISTOPHORI
HAUNOLDI

SOC. IESV,

Ex Bibliotheca Salamantina Collegij Regalis Societ. Ies.

DE

JURE

ET

JUSTITIA

COMMVTATIVA.

TOMVS IV.

CONTROVERSIARUM
DE

JUSTITIA

ET

JURE PRIVATORUM

VNIVERSO

NOVA ET THEORICA METHODO
IN DECEM TRACTATUS, ET QUATUOR
TOMOS DIGESTARUM,

AUTHORE

R. P. CHRISTOPHORO

HAUNOLDO

SOCIETATIS JESU, SS. THEOLOGIÆ DOCTORE,

Ejusdemque antehac

IN FRIBURGO, ET INGOLSTADIENSI ACADEMIA
PROFESSORE ORDINARIO.

TOMVS QVARTVS

CONTINENS

TRACTATUM DECIMUM

Et totius Operis ultimum, de Contractibus residuis, tam Nomina-
tis, quàm Innominatis, tam Bonæ fidei, quàm Stricti
Juris.

Cum Privilegio Casareo, & Superiorum Permissa.




INGOLSTADII.

Apud JOANNIS SIMONIS KNAB, Typographi
Academici, p. m. Viduam.

Anno M. DC. LXXII.





INDEX TITULORUM TOMI IV.

D E

JURE PRIVATORUM UNIVERSO.

TRACTATUS X.

DE CONTRACTIBVS BONÆ FIDEL

Item de

TRANSACTIONE,

Cæterisque Contractibus Innominatis; ac denique de Obligationibus ex Quali Contractu.

CAPUT I.

De Contractu Emptionis, & Venditionis.

- CONTRO-
VERSIA I. **D** Efnitio Emptionis, & Venditionis explicatur. Fol. 1
- CONTR. II. Quomodo differat Contractus Emptionis Venditionis à Contractu Locationis Conductionis. 3
- CONTR. III. Qualis Contractus sit censendus, quando Emptor partim pecuni-

- am, partim rem aliquam loco pretii paciscitur. 5
- CONTR. IV. Quandoam censetur Emptio Veru dictio celebrata in scriptis, & non solo consensu perfecta. 76
- CONTR. V. Vtrum Venditor obligetur præcisè & determinatè ad tradendam mercem, vel solùm subdisjunctione, vel ad tradendam mercem, vel ad solvendum Interest, quo soluto liberetur. 7
- CONTR. VI. Qualiter Consensus debeat esse præsens, & sufficienter per verba expressus. 10
- CONTR. VII. Quâ ratione pretium debeat esse certum 3

R.P. CHRISTOPHORI
HAUNOLDI

E SOCIETATE JESU,

TRACTATUS X.

DE

CONTRACTIBUS
BONÆ FIDEI.

Item de
TRANSACTIONE,

CÆTERISQUE CONTRACTIBUS INNOMINATIS,
AC DENIQUE DE OBLIGATIONIBVS
EX QVASI CONTRACTV.

CAPVT PRIMVM.

DE CONTRACTV EMPTIONIS,
ET VENDITIONIS.



Contractus Bonæ Fidei aliqui solo Consensu perficiantur, alii Re. De prioris generis Contractibus ita loquitur Imperator tit. 23. lib. 3. Inst. [Consensu fiunt Obligationes in Emptionibus, Venditionibus,

Locationibus, Conductionibus, Societatibus, Mandatis. Ideo autem istis Modis obligatio dicitur Consensu contrahi, quia neque Scripturâ, neque præsentia omnimodo opus est; ac nec dari quidquam necesse est, ut substantiam capiat obligatio: sed sufficit eos, qui negotia gerunt, consentire. Vnde inter absentes quoque talia negotia contrahuntur, veluti per Epistolam, vel per

Christ. Haun. de Just. Tom. IV.

Nuntium. Item in his Contractibus alter alteri obligatur in id, quod alterum alteri ex bono, & æquo præstare oportet: cum alioquin in Verborum obligationibus alius stipuletur, alius promittat.] Quibus verbis existimat Bacchovius, Qualitatem Bonæ Fidei per excellentiam quandam tribui Contractibus his qui solo consensu perficiuntur.

Ex his Contractibus celeberrimus est *Emptio Venditio*, ac summe necessarius humanæ Reipublicæ, quod constat ex Origine illius. Cum enim pecuniâ necdum inventâ, quæ æquivalenter esset omnia, difficile pluribus hominibus esset, etiam abundantibus quoad aliqua bonorum genera, consequi aliqua, quibus indi-

A

gebant,